

P. Ocyus ò superi fugite hinc. nos namq; Lutherus
Enecat! ò flammis digne Luthere vale.
L. Antichriste vale: meretrix Babylonia cede:
Et Romæ pontes ditis ad antra strue.

ἄποστολή ad Dn. Sponsum.

TU benè SPONSE facis Latij quod dogmata Papæ
Nil curas: thalami at fœdera casta subis.
Nam Papa quod damnat, laudat DEUS, auget & ornat.
Papa tori semper Rosor & osor erat.
Sed benè, sanctior est nam semper vita jugalis,
Quàm cœlebs flammis flagitiisq; scatens:
ILLA etenim parcè concessio indulget amori:
HÆC verùm stulto semper amore furit.
Jam cesso, & vobis hæc addo: Vestra fVtVra
Sit sine Lite DoMV's: non sine proLe torV's.
Non dolor infestus socialia gaudia turbet:
Non Papa: non pestis noxia, Marsq; furens.

Ex zelo & animo fundebat

Adamus Andreæ p. t. Sch.
Chem. Rector.



Dat Friberga tibi superas venisse sub auras
Agminis & membrum Christicolùm esse facit.
Dat Witeberga artes, largos dat Dresdaq; honores,
Non flocci hæc facies omnia Sponse, puto.
Tandem mellifluam tibi fert Chemniza Rosinam,
Hanc nec pro minimo cernis habere Bono.
Hisce Bonis qui te decoravit Sponse perite,
Plurima nunc addat Rex, Deus Omnipotens.

Hinc